

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm**

**Calepino, Ambrogio**

**Basileae, 1616**

N ante I

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)

ve Nerium, neutri generis; peninsula hujus oppidum est, quod recentiores *Leucadem* appellantur, teste Plinio, libro 4. capite 1.

**Nerium**, *signis*, Ptolem. lib. 2. cap. 6. Promontorium Tarracensis Hispaniae juxta Artabros. *Vulgò Fina terra.*

**Nero**, *signis*, Teste Gellio, libro 12. capite 21. verbum Sabinum est, quo significatur virtus & fortitudo. Itaque ex Claudius, quos à Sabinis oriundos accepimus, vir egregia ac pueri fortitudine, Nero appellatus est. Sabinus autem id nomen à Grecis accepisse videtur, qui vincula & firmamentum membrorum *neros* dicunt, noltri *nerues*. Ex hac familia fuit Claudius ille Nero, qui Afrubalem Annibali fratri supplicias ferentem junctis cum Livio collega copiis, superavit. Fuit item hoc cognomen Romanorum imperatoris, illi ex Claudii principis adoptione partum: omnium quos terra tulit, crudelissimi.

**Nervà**, XIII. Romanorum Imperator fuit, Flavio Domitiano, cui successit, dissimilimus. Hic quum liberos sibi nullos genuisset, Aelium Trajanum sibi adoptavit, qui illi etiam in Imperio successit.

**Nervii**, *signis*, Ger. Das Hymntgen oder Demic ] Fecerunt populi inter Belgas Atrebatibus vicini, ad Scaldem fluvium, omnium Belgarum fortissimi, & maximè feri: de quibus Caesar lib. 2. Comment. meminit. Hi nunc *Tornacenses* dicuntur. *Vulgò Tornay.*

**Nerulani**, Populi in Latio juxta Romam, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 3.

**Nerulum**, Oppidum in Lucanis, quod vi captum repentino adventu Aemili testatur Liv. lib. 9. ab Urbe cond. In d. Nerulones dicitur fuisse Sueton. in Augusto: Manibus celybo de coloratis Nerulonenis mensari.

**Nesa**, Regio montana juxta Aetnam.

**Nesaea**, *signis*, sive *Nesca*, *signis*, Nympha marina, Nerei, & Doridis filia, *signis*: hoc est, à natando dicta. Autor Heliod. in Theog.

**Nesee**, Populi in Asia, Oceano proximi: de quibus Plin. lib. 6. capite 20.

**Nesidion**, *signis*, Insula in Campano littore inter Pausilypum & Puteolos, quæ alio nomine dicitur Nesis, *signis*. Lucanus: tali spiramine Nesis. Hujus nominis obliquos producit Papinius: Sylvæ quæ fixam Pelago Nesis corona. Item Sannazar. Aeglog. 1: Huc illuc dum Pausilypi latus omne pererro, Piscofamq; lego celer Nesis phaselo.

**Nespeus**, *signis*, urbs Italiae, Gentile Nespeus, Steph.

**Nesson**, *signis*, urbs Thesaliæ, Gentile Nessonites, Steph.

**Nessus**, *signis*, Ger. Ein Centaur, welcher dem Hercules sein feindliche Dejanira hat mitführen müssen / und von ihm erlöset worden ] Nomen est Centauri Ixionis, & Nubis filii: qui quum Dejaniram rapere vellet, ab Hercule sagitta confixus est. Vide fabulâ latius apud Ovid. Metam. Inde

**Nessus**, *signis*, a, um, pen. prod. Ovid. in Epist. Dejanira: Illira Nessio mihi ubi texta veneno.

**Nestor**, *signis*, Ger. Ein trefflicher alter / weiser und weherder Greis ] Filius fuit Nerei & Clodis, teste Homero lib. Odysl. 11, qui adhuc adolescens bellum gessit, etiam tum vivo patre, adversus Epeos Peloponnesi populos, qui postea Elii diti sunt: & deinde quum Pirithoi nuptiis interesset, adversus Centauros, qui Hippodamiam, rapere conabantur, strenuè pugnavit. Postremò belli Trojani tempore, jam senior effectus, ut idem Homerus in secundo Iliados scribit, quinquaginta navibus cum reliquis Grecis principibus ad Trojam venit, quum natus annos nonaginta, jam tertiam hominis aetatem viveret, ut ipse ait apud Ovid. 12. Metamorph. quum trecentimum annum ageret: ubi consilii dexteritate tantum Græcorum rebus profuit, ut Agamemnon proficere non dubitaret, brevi se illum fuisse expugnaturum, si decem sibi contigissent Nestores. Nam præter summam prudentiam ætatis diuturnitate collectam, tanta præterea eloquentia excelluit, ut ex ejus ore melle dulcius fluere diceretur oratio. Vxorem habuit Eurydicen Clymeni filiam, ex qua septem filios, & unicam filiam suscepit. Ovid. lib. 13: Qui licet eloquio fidè quoque Nestora vincat.

**Nestorides**, *signis*, Patronymicum, & Nestorius, *signis*, possessivum.

**Nestus**, *signis*, urbs & fluvius Illyriæ. Hinc Nestius, & regio, *signis*, Steph. Vide *NAPSUS* & *NESTVS*.

**Nestus**, *signis*, Ger. Ein Fluss Thraciæ, entspringt im Berg Hemo ] Thraciæ fluvius est, in Hæmo monte nascens, & Abdeton urbem præterfluens. Vide Plin. lib. 4. cap. 11.

**Nessus**, *signis*, Græcè, quod Latine insula. Est & Nesus urbs Iberiæ, Stephanus.

**Nessus**, *signis*, Thraciæ urbs condita à Constantino imperatore, patria ejusdem, Steph. autor.

**Neuceria**, *signis*, urbs est Vmbriæ. Vide *NUCERIA*.

**Nevius**, Vide *NEVIVS*.

**Neuris**, *signis*, Insula est Propontidis, Cyzico adjacentis: alii nominibus Elaphonnesius, & Proconnesus dicitur. Autor Plin. lib. 5. cap. ult.

**Neuri**, *signis*, Populi Scythiæ Europæ, ad Borysthenem amnem, quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

N ante I.

**Nicæthos**, lege *NEAETHVS*.

**Nibis**, *signis*, urbs Aegypti. Gentile Nibites, Steph.

**Nicæarchus**, *signis*, Pictor fuit sua græte eximia: qui inter alia Venerem inter Grætiæ & Cupidinem pinxit: & Herculem tristem insanix penitentia, Plin. lib. 35. cap. 11.

**Nicandër**, *signis*, vel Nicandrus, Colophonius Grammaticus, & Poeta & Medicus tempore Attalidius, qui Græcos vicit. Scripsit de Theriacis, alexipharmaciis, & de agricultura. Præterea Curationum collationes, & Prognostica Hippocratis versibus edidit, aliæque complera. Autor Suidas. Cicero de Orat. Nicandrus homo ab agro remotissimus, de agricultura tamen diligentissimè scripsit, tanta vi est eloquentiæ.

**Nicanor**, pen. prod. *signis*, Alexandrinus Grammaticus, sub Adriano principe, æqualis Hermippo Beryio: cujus scripta enumerantur à Suida.

**Nicarchus**, *signis*, Philosophus fuit Corinthius, sub Ptoleandro, cujus meminit Plutarch. in Sympolio septem sapientum.

**Nicasia**, *signis*, Insula est exigua circa Naxum: à qua insulam Nicasia, *signis*, appellantur. Stephanus.

**Nicator**, *signis*, Cognomen fuit Seleuci potentissimi regis, (ut Appianus autor est in Syriaci) bello semper invicti.

**Nicatoris**, *signis*, Syriæ oppidum, à Seleuco Nictore conditore ita appellatum: cujus incolæ dicuntur Nictoriz. Stephanus.

**Nicea**, sive potius Nicæa per diphthongon, *signis*, Stephanus, & Suidæ: multarum urbium nomen est, quarum una est Galitiæ, non procul à Vato fluvio, à Massiliensibus condita. [Vulgò Nissa.] Altera Asia Bithyniæ metropolis, quam prius Antigonus Philippi filius condidit, & Antigoniam nominavit. Postea Lyfianachus à nomine uxoris Antipatri filiz, Nicæ appellavit. Urbis ambitus stadium sexaginta fuit, in qua quadrata in campo sua Habuit quatuor portas ad tetragonulos: quæ ex uno lapide, qui ad medium gymnasium positus erat, omnes cernebantur. Hic jubente Constantino Christiana illa synodus celebrata est: trecentorum decem & octo piscoporum, in qua perdidit Arrii dogma convulsum saluberrimè, est. Tertiam hujus nominis urbem Stephanus apud Locros Epitnemios cõstituit: quarum in Illyriæ quædam in India: sextam in Corsica insula: septimam in Leudris Bætiæ: & octavam in Thracia.

**Nicephorium**, *signis*, Oppidum est Mesopotamiæ, à procul ab Euphrate fluvio, ab Alexandro magno conditum. Autor Plin. lib. 6. cap. 26.

**Niceret**, *signis*, Smyrnæus sophista, Adriano principi gratissimus, ab eoque Mæsus Aegyptus ascriptus. Quum causa recideret, foro etiam aptissimus videbatur. Ad eò in grege ad utranque dicendi rationem accommodatus, ut genus judiciale philosophica quadam facilitate exornaret: sophistæ vero & umbratile fortibus aculeis roboraretur. Genus dicendi antiquum & politum retinuit, lascivus nihilominus, & dihybricus visus. Ex Philostrato.

**Nicias**, *signis*, Pythi medicus, qui olim ad Fabricium veniens, ei promissit Pythum se veneno necaturus. At ille averfatus fucus, Pytho rescripsit ut à Nicia sibi caveret. Curtius. Nicias Grammaticus Romæ, familiaris Pompeio & Cicero, qui ejus in epistola quædam ad Atticū meminit: item Epistola ad Dolabellam. Tranquillus. Nicias item nomen viri Atheniensis nobilissimi. Aristoteles scribit tres viros Athenæ eodè tempore æque potentes fuisse, Niciam Nicerat, Tharydem Mylefium, & Theramenem Anoniam. Thucydides his nam aliquantulum major, multa cum Pericle clara pro Republica gessit. Post mortem Periclis ad Niciam primæ partes delata sunt. Mithridates imperator unâ cum Demosthene altero duce contra Syracusanos, qui Gilyppum Lacedæmoniorū duorum auxilio accersiverant, infeliciter pugnantibus ambo à Syracusanis in bello capti sunt, in carceremq; conjecti, libi manus intulere. Nicias Marco Crasso ex nobilitate comparatur à Plutarcho in Parallelis: quod & divitiis abundaverit, & eandem sortem exitum hic apud Siculos, ille apud Parthos invenit. Nicias alius Atheniensis pictor, qui teste Plinio libro 35. capite 11, diligentissimè mulieres pinxit, lumco & umbras cõsolidavit: atq; ut eminerent & tabulis picturæ maximè curavit. Sic etiam in artem tanta contentione animi incubuisse dicitur, ut cibum sumere sæpè oblitus sit. Aelianus de varia historia.

**Nico**, *signis*, Fuit unus ex tredecim principibus Tartarorum, qui 100-

qui conjuravit in Annibalem: tandemque comprehensus cum Philonem, ad Annibalem deductus est. De quo Livius Decid. 3.

Nicoercon ontis, *Nicoercon*, Cypriorum tyrannus, qui Anaxarchum philosophum malleis ferreis caedi iussit. Vide ANAXARCHUM.

Nicolaius Damascenus, *Nicolaus* & *Damascenus*, Peripateticæ sectæ Philosophus, Herodi ludæorum Tetrarchæ, & Augusto Cæsari familiaris, qui universarum rerum historiam libris 80. complexus est. & Nicolaus alius fuit ex Myra Liciæ civitate, flagrantissimus Christianæ religionis propagator, qui sub Constantino Cæsare vixit. & Fuit et Nicolaus quidam Sophista, ex eadem urbe ortus, Diostoridi Grammatici frater, qui artem Rhetoricam conscripsit, & Medicationes quasdam. De his omnibus vide plura apud Suidam.

Nicomachus, pen. corr. *Nicomachus*, Nomen patris Aristotelis philosophi. & Nicomachus quinq; tradit Suidas primum ex Alexandria Troadis, poetam tragicum, qui scripsit tragœdias undecim. Secundum A. theticum, item tragicum qui vicit Euripidem & Theopomum. Nicomachus item Medicum, Machaonis filium, Aesculapii nepotem, qui scripsit de medicina libros sex, & de Philosophia duos. Reliquos duos, patrem & filium Aristotelis recenset ambos medicos: quorum filius scripsit commentarios in Physica patris. Sextum Nicomachum addit Plinius p. 10. Anst. dema filium & discipulum, qui pinxit raptum Proserpinæ: quæ tabula fuit Romæ in delubro Minervæ in Capitolio, supra ædiculam Iuventutis Scyllamq; quæ erat in templo Pacis. Autor Plin. libro 35. cap. 2.

Nicomædes, pen. pro. *Nicomædes*, Nomen regis Bithyniæ, Romanorum maxime studiosi, qui olim raso capite sumptu pielem, & se Romanorum libertum vocavit. Hic in adolescentia eo nomine male auditus, quod turpi obsequio sibi Cæsarem crederetur conciliasse.

Nicomædi, *Nicomædi*, Ger. En Stan in Bithynia: vulgò *Nicomædi* Comitis. Civitas Bithyniæ à Nicomede rege, qui eam condidit, appellata. In huius urbis villa Magnus Constantinus obiit: qui quum vellet in Iordane fluvio baptizari, atq; idcirco Hierosolimam peteret, morte præventus ab Eusebio Nicomædiensi episcopo, Arrianæ p. 10. sectator, baptizatus est. Quæ res Christiani principis fidem apud pleriq; in dubium venit. Sed non est verisimile cum principē qui per omnem vitam Arrianæ dogmatis hostis fuerat, in extremo ipiritu ei demeritæ concessisse, quam summo studio de suo imperio prælia eliminaverat.

Nicomædia, *Nicomædia*, Oppidum est Ponti, ad Istri fluminis ostia: cujus incolæ dicuntur Nicomædi. Autor Stephanus, & Strabo lib. 7.

Nicophanes, pen. corr. *Nicophanes*, Nomen pictoris insignis, cuius meminit Plin. lib. 35. cap. 10. Annueratur (inquit) his & Nicophanes, elegans & cœcivus, ut ut vetusta opera pingere propter æternitatem rerum, imperiosi animi, & cui pauci comparantur, Cothurnus ei & gravitas artis.

Nicopolis, *Nicopolis*, Ger. En Stan in Epirus: hactenot *Preveza*. Vulgò *Preveza*. Civitas Epiri, à victoria Augusti sic appellata, qui quum Cleopatram, & M. Antonium apud Actium prælio superasset, in proximo litore urbem condidit, & à victoria sua Nicopolin appellavit. & Est & Nicopolis alia in Bithynia: item tertia in minori Armenia: & quarta inter Ciliciâ & Syriam, ab Alexandri victoria ita appellata, qui ibi Danium superavit, quum antea Illus diceretur.

Nicolstrata, *Nicolstrata*, Evandri mater, quæ quod fatidica esset, à carnibus Latinè Carmenta est appellata.

Nicolstratus, *Nicolstratus*, Macedo, orator inter decem secundus, tempore M. Antonii, & Dionis Chrysostomi, & Aristidis Oratoris æqualis scripsit nonnulla, ut autor est Suidas. & Fuit item alter Nicolstratus poeta comicus, cuius meminit Athenæus in Dipnosoph. & Nicolstratus citharædus, & Laodocus, quum inter se certarent, dixit Nicolstratus Laodocus esse in magna arte parvum, se autem in parva magnum: fatiusq; esse non domū divitis, sed artem studio & diligentia augere. Aelianus de varia historia.

Nigidius Figulus, Philosophus Pythagoricus, Romæ floruit Cæsaris, Ciceronis & Vair. tempore. Hic, teste Gellio, multa de re Grammatica edidit volumina, quæ ad nostra secula non pervenerunt.

Nigris, *Nigris*, Fluvius est interioris Aethiopiæ, eisdem cum Nilo natæ. Nam & calamus gignit, teste Plin. lib. 5. cap. 3. & papyri, eisdemq; generis animates, quæ in Nilo gignuntur, eisdemq; etiam temporibus augetur. Dicitur Nigris propter solitudines nigri pulveris, eminentibus interdū velut exulis cauitibus. & Stephanus Nigretē *Nigretē*, appellat, accolatq; ipsos Nigretas: quorum meminit & Strabo lib. ult. Plin. lib. 5. cap. 3. Nigritas nominat. & Item Nigris fons est in Aethiopia;

quem nonnulli caput Nili esse crediderunt. Plin. lib. 5. cap. 9.

Nilfs, *Nilfs*, Lacus est inferioris Mauritanie, non procul ab Oceano, quem Nili aquæ stagnantis efficere creduntur. Vide Plin. lib. 5. cap. 9.

Nilus, *Nilus*, *Nil*, Ger. Ein grosser Nils fluss in Egypten. Aegypti fluvius à Nileo rege sic dictus, vel a novo inferendo luto, quod sua inundatione totam feracem reddat Aegyptum. Servius Nilam dici existimat, quasi *Nilus* in hoc est, novum trahentem limum, quo oblimet Aegyptum, & opleat. Vnus est ex majoribus totius orbis fluvius, à quibusdā Geon dictus, quasi terrā, antea Mele vocabatur. Habet septem ostia. Virgil. 6. Aeneid. Et septem gemini turbant trepida ostia Nili. Nomina ostiorum hæc sunt, Canopicum, Bolbiticum, Sebenniticum, Pharoniticum, Mendescicum, Taniticum, & Pelusiaticum. Nascitur in monte inferioris Mauritanie, non longè ab Oceano, stagnante ibi lacu, quem vocant *Nilodem*: deinde condit se in die aliquot dierum, rursusq; erumpit alto lacu majore in Mauritania Cæsariensi, iterumq; arenis exceptus: per deferta viginti dierum spatio ferus ad proximos Aethiopas, & deusdē profiliit fonte, qui Nigris dicitur. Inde Africam ab Aethiopia determinans, moxq; Aethiopas medios fecans, pleraq; insulas facit, quarum clarissima est Meroë, cujus Metropolis etiā Meroë vocatur, Aethiopes *Athapum* vocant, quod illarum gentium lingua significat, aquam è tenetibus profluentem. Circa Meroën in duo dispergitur brachia, Aethiopes lævo alveo dictus, dextro Athiopes: nec antè quàm se cō cordibus aquis junxerit, Nilus appellatur. Postremo septem (ut dictū est) ostia exonerat se in mare Aegyptiū, Aegyptiū inferiorē partem, dextera, lævaq; divisus, amplexu suo determinat, Canopico ostio ab Africa, ab Asia Pelusiaco: propter quod aliqui Aegyptū inter insulas posuere, ita se dividente Nilo, ut triquetra terræ figuram faciat. Idcirco multi à Græcæ literæ similitudine Delta vocaverunt. Augustus Nilus circa æstivum solstitium mirum in modum, & per totam spatium Aegyptū terrā pluvius omnibus destitutam aquis suis irrigat, fecundissimoq; limo obducit. Causas incrementi Nili videt apud Lucanum, lib. 10. & Nilus sunt adjectiva, Niloticus, 2. um, *Niloticus*: ut, Nilotici pisces: & Niliacus, 2. um, *Niliacus*, pen. corr. Martialis: Niliacis primum puer hic sit natus in oris. & Nili quoq; apud veteres cap. 10. ut pro fossis ico canalibus, quæ spectaculis circumdant solent, aut quibus aqua ad privata ædificia duci cōsuevit: quibus etiam hodie v. demus magnatum insulas esse cunctas. Cic. 1. de Legib. Ductus vero aquarum, quos illi Eurpos, & Nilos vocant. Vide tanus in dictione ERYTHRA.

Nimbus, Insula non longè à Gyaro, quam Callimachus Agathalam vocat.

Ninga, *Ninga*, Vbs in Oenotrorum mediterraneo. Gentile Niniæus vel Niniæus. Steph.

Ninive, *Ninive*, Ger. Die Hauptstadt in Assyrien getogen am fluss Tigris. Vbs Assyriorum ad Tigrid fluvium sita: ita appellata à Nino conditore Bels filio, August. lib. 15. de Civit. Ninives civitatis magna: N. nus Bels filius conditor unde nomē ex illius nomine derivatum est, ut à Nino Ninive vocaretur. Populi in ea habitantes, Ninivites, pen. prod. *Ninivites*, dicitur. Ptolemus in descriptione Assyriæ urbem hanc Ninum, *Ninum*, appellat: quo nomine ferè ab omnibus rei geographice scriptoribus censetur. Vide Plin. lib. 6. cap. 26. & Strabonem in principio lib. 16.

Ninoë, *Ninoë*, Carie oppidum est: aliàs Aphrodytia appellatum, Lelegum, Pelasgorum colonia, si Stephano credimus.

Ninūs, *Ninūs*, Ger. Der erst Assyrisch König so die Stan Ninive erbaute hat. Bels filius, & Semiramidis vii. primus Assyriorū rex. Nam Belus solam habuit Babylonem: Ninus vero totam Assyriam partem armis obtinuit.

Niobe, *Niobe*, Nomen filiz Tantali, sororis Pelopis, uxorisq; Amphionis, quæ in saxū versa est ex dolore, ut Poeta fingunt, quum ex se u. diffima matre ad orbitatem redacta, extinctos vidisset filios, filiasq; omnes, quos Apollo & Diana sagittis confixerant. Quæ in saxum versa dicitur: quoniam ex nimio dolore attonita obmutuit, ac veluti lapidei sceleris malis dirigit. A' Statio in sylvis Sypheia mater dicta Niobe: quoniam facta saxea turbine venti in Siphylum patriam rapta est: ubi fixa cacumine montis liquitur, & lacrymis etiā nunc marmora manant. & Fuit & altera Niobe Phoronei filia, ex qua Iupiter Olimum suscepit, qui & Serapis dicitur est.

Niphates, pen. prod. *Niphates*, Ger. Ein Berg am grössten Armenien, an welchem der fluss Tigris entspringt. Mons supra Assyriam, ad finē majoris Armeniæ, Tauri pars, ex quo Tigris nascitur, ut refert Strab. lib. 11. Virg. 3. Georg. Addam urbes Asiæ d. omittas, pulsumq; Niphateo. Dicitur Niphates à nivibus, *Niphates* & *Niphates*.

Niphatus, *Niphatus*, Nomen vini proprium, ab equis interfecti apud Virg. 10. Acacia.

O 3 Niphé,

Niphē, ex. 114. Vna ex comitibus Dianæ, à niveo candore appellata. Ovid. 3. Metamorph. Excipiant laticem Niphedj, Hypanisq; Rhansiq;

Nipha, 114. Thraciæ oppidum: cuius in colæ dicuntur Nipsai, 114. Stephano.

Nireus, 114. Charopi & Agisæ filius, Græcorum omnium formosissimus, quemadmodum Theseus omnium maximè deformis. Ovidius libro 4. de Ponto: Tam mala Theseiten prohibebat forma latere, Quam pulchra Nireus conspicendus erat.

Nisæ, x. 114. Oppidum Siciliæ, cuius meminit Thucyd. libro 3. Est & nomen puellæ rusticæ apud Virgil. in Pharmacœotra.

Nisæ, 114. Oppidum in sinu Megarico, ubi Megarensium erant navalia, teste Thucyd. lib. 2. Est item Nisæ, Parthienæ regio, cuius caput fuit Alexandropolis ab Alexandro conditor ita appellata. Vide Plin. lib. 6. cap. 26. Hæc regio præstantissimos alebat equos, qui ab ea Nisqi appellabantur, teste Strab. lib. 11.

Nisæa. (quod hic pro Nymphæ nomine corruptè legebatur.) Vide NE SÆA.

Nisibis, 114. Oppidum est Arbelitidis, quæ est regio Syriæ propinqua, in qua Alexander Darium superavit, alio nomine Mygdonia appellata. Nisibim autem Antiochus fertur condidisse, & à nomine suo Antiochiam appellasse. Vide Plin. lib. 6. capite 13.

Nisus, x. 114. Bœotiarum oppidum est, apud Hom. in Catalogo navium.

Nisus, 114. Nomen regis Megarensium, qui (ut in fabulis fertur) à Scylla filia sua fatali capillo spoliatus, in avem sui nominis conversus fuit. Virg. 1. Georg. Apparet liquido sublimis in aëre Nisus. Fuit & alius hoc nomine, Hyrtaci filius, in dissolubili amicitia vinculo Euryalo conjunctus, ut satis copiosè describit Virg. lib. 9. Aen.

Nisyros, penultima producta, 114. Homero, insula est in mari Cæpario, una Sporadum quam Poëtæ fabulantur olim Coo adhaerisse, Neptuniq; sceptro inde fuisse avulsam. Vide Strab. lib. 10.

Nitrites Nomos, 114. Straboni, præfectura est in ea parte Aegypti, quæ est supra Memphis, nomen habens à duabus nitritis, quæ plurimum ferunt nitri. Vide Plin. lib. 4. cap. 9. & Strab. lib. 16.

Noa, Syenitarum oppidum est ad Nilum fluvium, teste Plin. lib. 6. cap. 29.

Noë, 114. Vrbis Siciliæ. Gentile Noëus, Steph.

Noëus, 114. Thraciæ fluvius est, ex Hæmo monte nascent, & in Istrum influens. Autor. Herod. lib. 2.

Noëdinus, pen. prod. Deus quem divus August. in lib. de Civ. Dei, ex Varone scribit cultu fuisse à veteribus Romanis, putantibus Proserpinam frumentis præpositam germinantibus & prosperantibus: geniculis verò, nodisq; culmorum, deum Noëdium: involvens autem illis folliculorum, deam Volutinam: quum folliculi patefuerint, quò exeat spica, deam Patelenam: quum segetes novæ anstis exquantur, Hostiliam deam: quia hostie ac hostimentum veteribus exæquationem significabat. Floram quoque adjicit, & Lactucinam, & Mastrutam, quæ florentibus, lactescuntibusq; ac maturefcentibus præline frumentis.

Noëga, Oppidum est Hispaniæ Tarraconensis, in tractu Asturum in peninsula Pefici, Autor Plin. lib. 2. cap. 20.

Noemagus, Vide NEOMAGVS.

Nola, 114. Ptolemæo, Campaniæ urbs mediterranea, quam Virgil. ob aquam sibi denegatam è carmine suo erasisse dicitur. Hanc prius Sidicinum fuisse dictam scribit Plin. libro 3. capite 3.

Nomades, dum, 114. Africa populi inter Zeugitanam regionem, & Mauritaniam siti, qui postea literis aliquot mutatis Numidæ appellati sunt. Hos scribit Salustius ex Peris ortum traxisse, qui Herculem in Hispaniam sunt comitati: eoq; mortuo, in Africam trajecisse, locaq; occupasse Oceano proxima, alveoq; navium inversos pro tuguris habuisse: deinde paulatim per connubia sibi Gerulos miscuisse: posteaq; Numidæ nomen propter multitudinem à parentibus digressos, possedisse ea loca, quæ proximè Carthaginem Numidia appellatur. Hæc ille. Dicit autem sunt Nomades à Nomades hoc est à pascendo, quòd pastionibus præcipue vacaret, herbisq; uno in loco depastis. papilionibus suis curribus aliò transvehent. Sunt & alii Nomades in Scythia supra Maxotim, Agathyrus & Basilidis finitimi, quorum meminit Pinius lib. 4. cap. 12.

Nomaxi, 114. Populi qui postea Scythæ dicti sunt, Stephanus.

Nombæ, 114. Vrbis Iudææ. Gentile Nombæus, Stephan. ex Iosepho.

Nōmētum. (114. Stephano; Vulgò Lametana. Ger. Das Städtchen Nomentum.) Oppidum in Latro, non procul ab Loma M. ut. lib. 13: Si vicina tibi Nomento rura cojuerit & hinc Nomentana via Romæ, qua itus Nomentum: & Nomentum, 114. qui Nomentum habitant. Dicitur Nomentum à Nomento conditore.

Nōmīus, 114. Dicitur est Apollo, quasi pascit, sive quòd cælo exulans (ut fabulantur poëtæ) Aiameti regis pecus pascit: sive (ut se habet res) quòd Solis calore omnia hæc insensuta pascantur & vegetentur.

Nonā, x. Vna ex Partis. Latini Nonam, Decimam, & Mortam, Partes dixerunt: quòd tempestivum tempus partus sit & nono & decimo menses qui verò ante hoc tempus in lucem produnt, aut mortui nascuntur, aut paulò post moriuntur. Vide ea quæ annotavimus in dictione Morta: & quæ ea de re scripsit Iam apud Gell. lib. 3. cap. 16.

Nōnācris, pen. corr. 114. Plin. lib. 4. cap. 6. Mons est Atacæ: aut (ut alii malunt) regium cula montosa, cum oppido eiusdem nominis. Vitruv. lib. 8. cap. 3. Est in Atacæ Nonacris nominata, quæ habet in montibus stillores ex saxo frigidissimi or huiusmodi. Hæc autem aqua, 114. appellatur, quam deq; argenteum, neq; æneum, neq; ferreum vas potest insinere, sed diluere ac dissipatur: conservare autem eam & continere, nisi ungula mulina nil potest.

Nōnācris, 114. c. crinum, 114. Ovidius in Fast. Et matris, & vari pater Nonacris heros. Item Nonacris, crina, num. Idem: Quis fuit asperius Nonacris Aralanta?

Nonymna, 114. Vrbis Siciliæ, civis Nonymnus, Stephanus.

Norbæ, Cæsareæ Lusitanicæ urbs, Ptolemæo, lib. 2. cap. 5. Vulgò Alcantara.

Norfcum, pen. corr. 114. Ger. Das Städtchen Norfcum. Pol. Norfcum. Vrbis Germaniæ habens ab Oceano Aenum fluvium, qui medius est inter Vindelicos & Noricos: à Septentrione Danubium ab Otis Solis montem Cæcium, qui Pannoniam superiorem distinet à Norico: à Meridie montem Curvancam, qui est super litum. Eam nunc regionem bona ex parte Bavariam appellant. Sæpi qui vulgò Sævia & Carinthia vocent.

Nōf cū, a, um, 114. Horat. lib. 1. Carm. - quæ neq; Noricus Detinet enis. Virg. 3. Georg. Tum sciat ænias Alpes & Noricæ siquis Castellæ in tumulis, &c.

Nōrtmanniā, Regio Galliæ ultra Sequanam flumen, quæ à Carolo Magno devota, fidem Christianam suscepit: ita dicta à Nortmannis Cimbricæ Cheronesi populis, qui eam regionem occupaverunt. Nortmanniæ aut nomen, Germanorū proculdubio vocabulum est, qui Nort/Septentrionem appellant, & Man/vinum. A Cæsare totus ille tractus inter Armoniacas civitates numeratur.

Norvegia, Regio in Europa, Septentrionalis, versus Oceanum Germanicum sita, sub imperio regis Danorum, Vulgò Norvegia.

Nōscopion, 114. Lyciæ urbs est, apud Plin. lib. 5. cap. 27.

Nōsora, 114. Insula est maris rubri, teste Stephano: cuius incolæ dicuntur Nosoreni.

Nōstium, 114. Oppidum est Ioniæ nō procul à Colophoen cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 29. Est item Notium Cælidæ insulæ oppidum. Idem lib. 5. cap. 31: Cælidæ insulæ cum tribus oppidis, Notio, Nisyro, Mendetero. Vulgò Cabo de Mar.

Nōrtium mare, 114. A Græcis dicitur ex parte Mediterraneæ pars, quæ est inter Ligulicū & Siculum alio nomine à Tuscis, quam alii, Tuscum appellatum. Plin. lib. 3. cap. 5: A Ligulico usq; ad Siciliam insulam, Tuscum: quòd et Græcis alii Notium, alii Tyrrhenum, è nostris plunim Notium vocant.

Nōtius, ti. 114. Gall. Le vine de Noë. Ital. Noë. Ger. Das Städtchen Noë von Noë. Fland. Noë. Hisp. Noë. Pol. Noë. Vng. Noë. Ang. Noë. Venet. Noë. Notus Meridionalis, quem nos Austrium appellamus ita dicitur à Noë: hoc est, ab humiditate.

Nōtius, a, um, 114. Idem quòd Austrius, & humidus. Nam Græci Noë vocant, quem nos Austrium.

Nōvā Mōeniā, 114. Sarmatiæ urbs in Europa, Ptolem. lib. 3. cap. 5. Hodie Alitum dicitur appellatur. Stephanus quoniam eiusdem nominis urbs in Aeolide constituit, cuius civis Notichinas ait appellari. Vulgò Noëburg.

Nōvanus, ni. Fluvius est in agro Pitinate trans Appenninam, qui aestivis solstitiis supra modum augetur, & circa huiusmodi siccatur. Vide Plin. lib. 2. cap. 103.

Nōvāriā, Oppidum est Italiæ in tractu trāspadano: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 17. Vulgò Novara.

Nōvellus Torquatus, Mediolanensis quidam fuit temporibus Tiberti Cæsaris, qui gestus honoribus è Prætura ad Proconsulatum